# Disciplina scholarium

Iste presens liber diuiditur in duas partes principales. scȝ in ꝓhemialem ⁊ executiuam. Pars executiua ibi Cum indiscreti. Adhuc prima diuiditur in quinqȝ In prima ponit intentū suum. In secūda narrat ea quibꝫ fuit impedit⁹. quare precibꝫ Martiani potuit ꝯtradixisse. ibi Licet duplici genere. Quid autē faciat in alijs patebit in locis suis. Dicit igitur primo sic O martiane pater mi ⁊ domine dilectissime vestra pia intēdit voluntas. vt ꝯpendiosum scribere tractatū de disciplina scholastica. Utinā ad hoc essem sufficiens. Tēptabo tamē amicis vestris acq̄escere precibꝫ pro quanto mea sufficit facultas Et miseriaꝝ diuersitas hoc ꝑmiserit

Uestra nouit intentio de disciplina scholarium ꝯpēdiosum postulare tractatū. Utinam cōpendiosum a spiritus mei paruitate. ꝓut facultas suppetit ⁊ ingenij declinitas. erūnarūqȝ tenacitas amicis vestris precibꝫ o Martiane tēptabo acquiescere

¶ Licet duplici genere cōmentoꝝ sim impeditus. non tamē omnino diuersoꝝ. In quasdā Arestotelis ⁊ alio

¶ Notandū hic ꝙ in ꝓncipio p̄ntis libri quatuor tangūtur cause. de quibꝫ supra Per hoc ꝙ dicitur (Martiane) tāgitur causa efficiens mouens Et per hoc ꝙ dicit᷑ (temptabo) tangit᷑ causa efficiens mota. Et ꝑ hoc quod dr (scholariū) tangit᷑ causa finalis Et ꝑ hoc qđ dicit᷑ (disciplina) tangit᷑ cā materialis

¶ Prius autor premisit intentionē suā sub modo petitionis. ⁊ cum hoc posuit admissionem petitionis Hic ponit impedimēta siue occasiones pro quibꝫ potuisset ꝯtradicere petitionibꝫ Martiani. vt per h̄ ostendat petitionem huiusmodi esse difficilem. Et dicit sic O martiane preces vestras exaudiui. licet sim impeditus duplici genere commentoꝝ. nō tamen omnino diuersoꝝ. quia forsan vnam tangunt materiam. Et licet sim etiā impeditus in editionibꝫ quorundā libroꝝ. s. Arestotelis ⁊ aliorū philosophoꝝ. Et licet sim attenuatus proprio studioso. Et licet sim impeditus cruciatu regis gothoꝝ. quasi diceret. volo tamen exaudire preces Martiani ¶ Notandum hic primo. ꝙ si mirando aliquis hic peteret. quare autor hic diuinū non inuocat auxilium. cum tamē ad quemlibet ꝑtineat artificem in operis sui exordio diuinā implorare subuentionē Juxta illud poete Omnibꝫ in factis ꝑagendis siue peractis Debet preponi deus humane rationi. Dicendū ꝙ per hoc ꝙ dicit (vtinā ꝯpendiosum) diuinū implorat auxilum. Uult em̄ ipse dicere ꝙ dominus det sibi grām vt ꝯpendiosum posset ꝑficere tractatum ¶ Notandū secundo



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-117/0005
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG